

*Abt Heinrich zu Fulda bringt die Vogtei über das Dorf Catterfeld, die Landgraf Hermann von seinem Stift zu Lehen trug, welche von ihm aber subinfeudirt war, wieder an sich.*

Fulda, 1196 Jan. 20.

- 5 *Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q. Q. I. d. 9. Phot. II. St. A. Die zwei anhäng. Siegel des Abts und des Kapitels (heiligen Bonifaz), ersteres zerbrochen — sind beschrieben Thur. sacra 477.*  
*Gebr.: Stumpf, Acta Maguntina 125. F. II. A. v. Wangenheim, Regesten u. Urk. zur Gesch. des Geschl. Wangenheim I, 22.*

:C. In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus dei gratia Fuldensis ecclesie  
 10 abbas strennuissimus.: | Licet generalis nobis sit pietatis forma lege divine auctoritatis  
 indulta, ut quantum officio tantum simus et beneficio erga omnes precellentes, spetiali  
 tamen prerogativa dilectionis hiis, quos sub communi gratia in vinea domini Sabaoth  
 nobiscum laborare novimus, ampliori protectionis solatio prodesse desideramus. Notum  
 sit igitur tam presentibus quam futuris, quod dilectus ecclesie nostre ministerialis Lvdewicus  
 15 vicus de Wanghem villam quandam Chateruelt nomine, quam pater eius Berthogus in  
 concambio a canonicis de Huneuelt libere et iure suscepit hereditario, abbati Witechino et  
 fratribus de Valle sancti Georgii nostro et fratrum nostrorum Fuldensium assensu legitima  
 venditione pro centum decem et equo duarum marcarum contradidit. Partem vero eiusdem  
 ville, que Hagen dicitur, ipse Berthogus cum uxore sua Agne et filio suo Lvdewico pro  
 20 viginti marcis et remedio anime sue multo tempore ante predictae contulerat ecclesie.  
 Residuum vero possessionis illius cum omnibus pertinentiis suis videlicet pratis, cultis et  
 incultis, pascuis, nemoribus ipse Lvdewicus statuto pretio ibidem vendidit et cum uxore sua  
 Adelheida et filiis suis Berthogo et Lvdewico in manu comitis Gvntheri senioris de  
 Keuerembere et filiorum suorum Henrici et Guntheri et Lvdolfi predictae ecclesie perpetuo  
 25 conservanda tradidit omnibus tamen, qui aliquid iuris vel benefitii hactenus in eadem  
 villa vel eius pertinentiis haberunt, per huiusmodi recompensationem amotis. Advocatiam  
 siquidem ville, quam Hartmannus et Ortwinus de Gundrichesleiben ab eo in beneficio  
 acceperant, ipse autem ab Hermanno langravio, idemque langravius ab ecclesia Fuldensi  
 in beneficio habebat, redditu quindecim solidorum absolvit. — —

30 Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo centesimo nonagesimo sexto,  
 indic[ti]o[n]e<sup>a</sup>) quarta decima, presidente sancte Romane sedi Celestino apostolico, regnante